



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

23. Dom. III. post pascha. Modicum & non. Ioan. 16.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

50 MEDITATIONES IN
DOMIN. III. POST PASCHA

Jubila.
re.

Modicum & non videbitis me. Ioan. 16.

I. **D**ixit Iesus discipulis. Modicum, & iam non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me. Considera Dominum hic prædicere passionem suam, qua Apostoli fugerunt; & resurrectionē, post quam iterū eū viderūt: solet enim Domin⁹ ideo tristia prædicere, ut iacula præuisa minus feriant, & mox addere læta, ne temptationi succumbant. 2. bonis & pijs primum nunciari & evenire tristia, postea autem læta & iucunda: contra verò malis & mundanis, prius iucunda, tum tristia. peccatores enim consolationem suam quærentes in hoc mundo, post ardebut ignibus sempiternis. pij verò qui hic persecutionem patiuntur, postea gaudebunt in cœlo in æternum.

2. Cognoscens Iesū, quod vellet interrogare, quid sibi vellet. Modicū, &c. Amen, inquit, dico vobis, plorabitis, & flebitis vos, mundum autem gaudebit, sed tristitia vestra vertetur in gaudiū, sicut mulieris tristitia, post editum partum. Considera Domini bonitatē nos præuenientis, quando bona habemus voluntatē aliquid petendi. 2. officiū pij hominis in hac lacrymarū valle, dum Dominū non vide.

N
CHA
n.16.
zg iam
dicum,
im hic
postoli
m iterū
o tristia
eriant,
accum-
ari & e-
iucun-
, priu-
m con-
mudo,
ij verō
postea

rogare,
inquit,
oundu
etur in
im par-
os præ-
volun-
ominis
nū non
vide.

DOMIN. TOTIVS ANNI. 2

videmus, esse, flere & plorare, potius, quam
gaudere, idq; triplici de causa. 1. ppter pec-
cata, quia illis Christum fugamus & cruci-
figimus, 2. propter tentationes continuas
à carne, mundo, dñmone. 3. ob passionem
Christi, dñ de ea meditamur. Omnes enim
hæ tristitiae vertuntur in gaudium, quia sa-
lutem stabile operantur, teste Apostolo. 3. Cor.
modicam esse tristitiam nostram, quia tē-7.
pus huius vitæ ita breue est ut vmbrae, va-
pori, & momento cōparetur in Scriptura.

ITERVM video vos, Et gaudebit cor vestrū,
Et gaudiū vestrū nemo toller à vobis. Consi-
dera pro breui & momentanea tribulatio-
ne, si patienter eam sustineas, te recepturū
à Deo, non consolationem solum & gau-
dium, sed etiam regnum æternū. nam dicit
Paulus. Id quod in præsenti est momentaneum
Et leue tribulationis nostræ lupra modum in
æternum gloria pondus operatur in nobis. 2. Et
cōtrariò mundū pro breui & momētanea
consolatione, quā habet in peccato mor-
tali, excruciadū poenis æternis, vnde Iob 1ob.22.
ait. Ducunt in bonis dies suos, Et in puncto ad Luc.
inferna descendunt. Et Abraham ad epulo-15.
nem. Fili recordare, quia recepisti bona in
vita, Et Lazarus similiter mala. nunc autem
hic consolatur, tu verò cruciaris.

D . D.O.